

Karl Joachim Sibeth

Consideratio Quæstionis : Num facultas bene operandi in actu & ipso momento iustificationis iam adsit? Disputationi Gryphicæ opposita, ab A. J.

[Erscheinungsort nicht ermittelbar]: [Verlag nicht ermittelbar], 1731

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870902199>

Druck Freier  Zugang



Rostock

17 7/31

Gibeth

fa. 1119 (59) 23

30 14/6

fa. 1119 (59) 23





8
Büpl jn: Carl Loosch Sibeth
Rostock 1774] 60

CONSIDERATIO

Quæstionis:

Num facultas bene operandi in actu
& ipso momento iustificationis
iam adsit?



Disputationi Grypicae opposita,

ab

A. I.
1900. 2282

A. C. 1731.





Publications of the Royal Geographical Society

卷之三



§. 1.

C1. Carolus Joachimus Sibeth A. 1714. Rostochii Disputationes Theologicam *de nobis in Christo* publicae disquisitioni exposuit. In ea pag. 25. statuit, *utim bene operandi simul ac EODEM MOMENTO*, quo fidei communicatur Christus, donari. Erratum istud ab Orthodoxis sine animadversione, quantum equidem noui, praetermissum est. Pertinebat enim haec Dissertatio ad tirocinia, & spes erat, ubi studium Theologicum ad maturitatem produxisset, ipsummet agniturum esse lapsum, & emendaturum. Sed aliter, proh dolor, euenit. Cum enim iam in officio sacro uersetur, in Dissertatione Gryphiswaldia Annno nupero d. 14. Decembris pro licentia summos in Theologia capessendi honores habita, *Exegetis & Vindicias Dicti Paulini Rom. V. 19.* s̄sente, eundem errorem in Cathedram reduxit, & totis viribus incravat, palliavit, ornavit, Anno ob memoriam Augustanae Confessionis ante bina Secula exhibitae Jubilao tristem clausulam additurus.

§. 2. *Viva, (inquit,) fides etiam in actu iustificationis iam in se*
habet duorum, sive internam efficaciam ad actum consecutivum, sive amo-
riflum suo tempore exercendum. -- Quo momento Deus animae credenti
donat & iungit Christum cum suo merito, EO IPSO MOMENTO eidem
donat Spiritum Sanctum CVM SVIS DONIS SANCTIFICANTIBVS,
sive CVM EFFICACIA FRVCTVS IVSTITIAE ferendi, p. 145. Et pag.
151. orthodoxas esse declarationes Speneri, pronuntiat: Das Wort thätig
sehe entweder auf die Kraft etwas würen zu können, oder auf die
Wirkung selbst. Nach dem ersten Verstande hieße der Glaube thätig,
auch indem er gerecht mache. Das ist, derjenige Glaube könnte kein
ander seyn, als der schon in sich eine Kraft hätte Gutes zu thun, und sie
nicht erst alsdann bekommen dürfte, wenn er den Menschen gerecht ge-
macht hätte. Wie man denn keinen Augenblick das himmlische Licht des
Glaubens sich einbilden könnte, das nicht so bald solche Kraft in sich hät-
te. Was aber den andern Verstand anlangte, so wäre der Glaube nicht
eher thätig, das ist, er wiese seine Thätigkeit nicht eher, als nach der Recht-
fertig.

fertigung. vid. Ejus Abfertigung D. Schelwigs c. 5. n. 26. p. 266. & ibid. n. 46. p. 294. Dass bey der ersten Vollziehung der Rechtsfertigung nicht nur die Werke nicht mit einfließen, sondern auch nicht gegenwärtig seyn, sey wahr. — Indes sage er mit Recht, auch alsdann machte kein ander, als der thätige Glaube gerecht, ob er wohl noch keine Werke gethan, aber die Kraft dazu hätte.

§. 3. Pater hinc, quis sit status controversiae. Non quaeritur nunc, *num bona opera actualia in primo iustificationis momento & actu iam praesentia ad sint?* Hanc enim audaciam in Haferungio recte reprehendit, & multis argumentis ita confutauit, ut Haferungius iis soluendis nunquam par futurus sit. Sed de eo iam quaeritur, *an fides in actu iustificationis & primo eius momento habeat uim bene operandi?* Id affirmat Dn. Sibeth cum Spenero; nos autem cum uniuersis orthodoxis Theologis negamus.

§. 4. Negatiuam nostram probamus ex Jes. LXIV, 5. *Sicut uestis menstruorum iustitiae omnes nostrae.* Obseruanda hic est insignis emphasis. Non modo propheta uniuersa nostra bona opera, sed & uniuersas nostras iusticias confert cum ueste foeda & immunda. In Veteri Testamento *mulier fluxu affecta, immundum efficiebat cubile, & quodcumque uas, super quo se deret,* Leuit. XV, 19. 21. Tam impura igitur cum sit omnis iustitia nostra, in articulo de iustificatione nullum locum habere potest, neque in actu eius, neque in statu illius, in quo Iesaias cum reliquis piis precantibus tunc erat. Ad omnes iusticias nostras autem uis etiam & facultas bene operandi pertinet. Idcirco nec uis bene operandi in iustificatione, multo minus in eius actu & primo momento praesens est. In articulo autem de renouatione & sanctificatione locum reperit, postquam homo iam est iustificatus.

§. 5. Probamus eam porro ex Phil. III, 8. *Imo nero etiam ex illo OMNIA DAMNV M esse propter supereminentiam cognitionis Christi IESU Domini mei, propter quem omnium damnum passus sum, & ex illo STERCORA ESSE, ut Christum lucrifaciam.* Si omnia sunt habenda pro damno, etiam potentia & facultas bene operandi. Et si omnia stercora sunt, proiectamentaque canum, σκύβαλα, nec uis haec & efficacia locum in articulo iustificationis habet. In V. T. prohibitum erat, *ne quis inferret mercedem scorti & pretium canis in domum Domini,* Deut. XXIII, 19. Huc respxit Christus proclamans: *Foris sunt canes,* Apoc. XXII, 15. & eo etiam digitum intendit Paulus, omnia, sola fiduciali cognitione Christi excepta, in articulo iustificationis & salutis pro stercoribus canum reputans. In hisce igitur articulis efficacia illa bene operandi nec est nec debet esse praesens. Sed in articulo sanctificationis & renouationis nec facultas ista, nec ipsa bona

bona opera sunt συνέβαλλα: In eo adsunt & adesse debent, nunquam satis laudanda, commendanda, inculcanda.

§. 6. Versu 9. pergit Paulus: *Et inueniar in ipso, NON HABENS meam iustitiam, quae ex lege, sed eam, quae ex fide Christi, iustitiam, quae ex Deo imputatur fidei.* In iustificatione igitur, & quidem tum in actu, tum in statu ejus (iam diu enim erat iustificatus) iustitiam suam prorsus non habebat, adeoque nec facultatem bene operandi, quippe quae non minus in lege iniungitur, quam opera.

§. 7. *Ei, QVI NON OPERATVR, credit uero in eum, qui iustificat IMPIVM, imputatur fides in iustitiam,* Rom. IV. 5. Duplicem in hoc dicto habemus emphasis. Etenim simpliciter in iustificatione operans credenti opponitur. Ergo & potentia operandi fidei opponitur in hoc articulo. Deinde impius iustificatur. Impius autem non habet uim siue potentiam bene operandi. Itaque is, qui potentia bene operandi caret, iustificatur. Et cum Abrahamus & David sic iustificati sint, v. 3. 6. nec ullus mortalium, aliter, quam illi, iustificari queat, sequitur, in uniuersorum credentium iustificatione potentiam & facultatem bene operandi haud adesse.

§. 8. Quod si Rom. III. 28. cum Phil. III. 8. 9. conferamus, liquido appetat, aequipollentes esse apud Apostolum Euuntiationes, *iustificari hominem fide sine operibus legis, & iustificari cum sine iustitia, quae ex lege est.* Vnde promte promanat argumentum: Si bona opera exulant articulo iustificationis, etiam iustitia ex lege, & proinde etiam facultas bene operandi. Atqui uerum prius. Ergo & posterius. Etiam si enim Euangelium donet uires, tamen negari nequit, facultatem bene operandi esse praecptam in lege.

§. 9. *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid ualeat, neque praeputium, sed fides per dilectionem operosa siue efficax.* Gal. V. 6. Coniungitur in hoc dicto actus operandi cum potentia. Efficax per dilectionem siue operosa est fides cum respectu facultatis ipsius, tum respectu ipsius actus & exercitii. Jam uero Spenerus agnoscit, nos nequaquam iustificari fide actualliter operosa. Ergo male tradit, nos iustificari fide efficaciam operandi habente. Etsi enim fides post iustificationem operosa est cum respectu duarum, tum respectu exercitii: tamen non iustificamur fide efficaci & operosa. Et quamuis facultas illa & opera per hanc facultatem prognascantia sint praesentia iustificatis, tamen non sunt praesentia in iustificatione. Est enim Scriptura norma & sentiendi & loquendi.

§. 10. Impossibile est, ut quis habeat facultatem bene operandi, antequam sit in gratia Dei. Quamdiu enim est sub ira & indignatione Dei, tam diu eum non potest diligere; proinde nec quicquam, quod sit spiritualiter bonum, efficere. Idcirco iustificationem praecedere necesse est, & tum demum donatur potentia & facultas bene operandi.

§. 11. Dnus Autor Disputationis Gryphicae pag. 121. fatetur, *optime monere B. Chemnitium in Positionibus de particulis exclusis*, L. L. P. 3. Posit. 19. pag. 227. *Hanc diligentiam (scil. B. Lutheri, cothurnum illum: Eam fidem iustificare, quae efficax sit per charitatem, admittere nolentis) religiosam & nos imitari debemus, ne uel ipsi aliquid dicamus, uel ab aliis dictum recipiamus, quod puritati articuli iustificationis aliqua ex parte officere possit.* Et pag. 147. *Lutherum PRORSVS rejecisse phrasin Eccii, nos iustificari fide, quae per charitatem est operosa.* Jam uero nusquam hac in parte B. Lutherus distinxit inter fidem operosam quod ad facultatem, & quod ad actum. Cum itaque cothurnum illum prouersus reiecerit, optime sibi consulet Dnus Autor, si admonitionem Chemnitii secutus Ecciano-Spenerianum cothurnum, fidem efficacia & potentia bene operandi praeditam nos iustificare, plane repudiet.

§. 12. Pag. 129. statuit, *fidem, quatenus est actio uel operatio, sicut bonis operibus, ita sibimet ipsam in iustificatione opponi.* Quodsi autem sibi ipsi, multo magis facultati suae bene operandi. Proinde facultas illa bene operandi articulo de iustificatione plane & penitus excluditur.

§. 13. Pag. 157. allegat Apologiam, Jac. II. contra Pontificios sive uindicantem: *Loquitur Jacobus de operibus iustificatorum, qui iam sunt reconciliati, accepti & consecuti remissionem peccatorum.* Nec describit hic Jacobus modum iustificationis, sed describit, *QVALES sint iusti, postquam iam sunt iustificati & renati*, pag. 108. 109. Sic igitur statuit Apologia, non modo opera ipsa sequi demum iustificationem, sed & qualitatem illam, siue potentiam & facultatem ea producendi. Nam in Sacris termini Philosophici ab imperfectione sua liberandi sunt, nec adeo opus est, qualitatis uocabulum angustiis praedicalentalibus hoc loco includere.

§. 14. Pag. 160. negat cum B. Luthero, *Paulum Gal. V. 6. describentem fidem cen ενεργευεν δι αγάπης agere de fide, quae in momento & actu iustificationis constituta est.* Male igitur Spenerus & contra doctrinam Lutheri ex hoc dicto colligere conatus est, fide respectu potentiae & efficacie operosa nos iustificari.

§. 15. Pag. 167, adducit Formulam Concordiae pronuntiantem: *Et si antecedens contritio & subsequens noua obedientia ad articulum iustificationis non pertinent, & pag. 168, commemorat, accuratissimum Theologum B. Scherzerum perspicue docere, renovationem sive sanctificationem iustificatione posteriorem & distinctam etiam esse TEMPORE.* Sequamur igitur piam Concordiae Formulam, sequamur accuratissimum Scherzerum, & agnoscamus, illam fidei facultatem bene operandi, illam inclinationem ad bona opera, quae nouae obedientiae pars est, & ad sanctificationem & renovationem indubitate pertinet, tempore posteriorem iustificatione esse. Manifestissime autem Dnus Autor hisce Formulae Concordiae & Scherzeri uerbis a semet ipso probatis contradicit pag. 165, 166, etiam in ipso iustificationis momento quandam operationem Spiritus S. sanctificantem perperam concedens.

§. 16. Pag. 174, afferit Lutheri dictum: *Fides nisi sola sit, sine ulla operibus, nihil est, neque iustificat.* Opera autem sequuntur iustificationem fidei infallibiliter, cum non sit otiosa. Male igitur Dnus Sibeth p. 155, docuit, quod fides, licet in actu & momento iustificationis non sit *έχεται ἐργα* formaliter & in fructibus, sine habens actualiter iam existentia bona opera, sine meritoque tamen etiam in actu & momento iustificationis dicatur *έχεται ἐργα* virtualiter in duabus & in radice. Si enim fides in iustificatione est sola sine ulla operibus, in hoc articulo etiam est sine operibus in radice talibus. B. Seb. Schmidius autem loquitur de fide post iustificationem in renovatione: tunc enim *semper habet bona opera, si non in fructibus, in radice tamen & effectu interno.*

§. 17. Pag. 183, approbantur uerba Calouii: *Fides bifariam considerari potest. In momento primo, ut in articulo iustificationis spectatur, uel quatenus iustificat. Et in momento secundo, ut in articulo sanctificationis attendi solet, seu cultus Dei, & mater aliarum miritum, foeta bonis operibus, postquam de fide, qua iustificamur, antea iam actum erat.* Igitur non ipsa opera tantummodo, sed & ipsa facultas bene operandi, quam in sanctificatione accipimus, iustificatione est posterior.


§. 18. Pag. 187, iterum adducitur Formula Concordiae, docens: *cum persona FAM est iustificata, tum etiam per Spiritum S. renouatur & sanctificatur; ex ea uero renovatione & sanctificatione deinceps fructus, hoc est, bona opera sequuntur, p. 692.* Habemus ergo ordinem. *Justificatio sanctificationem & renovationem antecedit: tum demum opera bona promanant.* Igitur non modo bona opera ipsa posteriora sunt iustificatione, sed & potentia ea efficiendi.

§. 19. Palmarium argumentum & propemodum unicum Dni Autoris hoc est: *Quo momento donat Deus animae credenti Christum cum suo merito, eo ipso momento eidem donat Spiritum S. cum suis donis sanctificantibus, sive cum efficacia fructus institiae ferendi, nec haec separari a Christo separari potest.* pag. 145. Resp. Perinde se habet haec argumentatio, uti quando Papae colligunt, cum corpore Christi nos accipere sanguinem eius sub specie panis, quia sanguis a corpore eius nunc separari nequeat. Eodem modo Osiandristae illaturi essent, *Deum Patrem, Filium & Spiritum S. ab essentiali sua institia separari non posse, ergo in iustificatione nobis donari essentiali Dei iustitiam.* Falsum etiam est, eodem iustificationis momento inhabitare in nobis Spiritum S. Nam *inhabitatio DEI SEQVITVR antecedentem remissionem peccatorum, Form. Conc. p. 695.* & hanc inhabitacionem sequitur sanctificatio, in qua facultatem bene operandi accipimus. Deus enim est Deus ordinis, nec tenetur, uniuersa beneficia sua uno eodemque momento simul homini conferre. Sufficit, quod iustificationem inhabitatio, & inhabitacionem sanctificatio tam cito sequatur, ut discriben temporis nulla humani ingenii uelocitate sentiri queat.

§. 20. B. Neumann Disputatio de differentia actuum diuinorum nunc mihi ad manus non est. Notissimum autem est, eum de iustificatione contra Spenerum peculiarem Disputationem habuisse. Cum eo igitur non consentiebat. In allegatis a Dno Autore p. 146. uerbis fortasse sphalma typographicum obscuritatem parit. Quicquid autem sit, si sciuisse, sic in abusum abreptum iri, multo aere redemturus fuisset, haec uerba nunquam ita esse expressa, conf. p. 126.

§. 21. Propter integratatem Codicis N. T. etiam obseruandum ad p. 20. *Graecos interrogacionum signis* haud carere: id quod ex Rom. III. 27. 29. 31. VI. 3. 15. 16. 21. aliisque dictis appetat. Deus Spiritu Sancto Dnum Sibeth regat, & gubernet, ut puritatem doctrinae omni ex parte sequatur, nec falsis hypothesibus Ecclesiae tristitiam, Pietistis laetitiam, si bi ipsi & laboribus suis, quibus posset Pomeraniae contra falsos fratres plurimum prodesse, impedimentum & detrimentum afferre perget, memor dicti sacri: *Wo ist jemand, so er fällt, der nicht gerne wieder auftünde?* Jerem. VIII. 4.





the scale towards document

adducit Formulam Concordiae pronuntiantem: *Et* & subsequens noua obedientia ad articulum iustificatio- & pag. 168. commemorat, accuratissimum Theolo- erspicue docere, renovationem sive sanctificationem in- & distinctam etiam esse *TEMPORE*. Sequamur igit- Formulam, sequamur accuratissimum Scherzerum, fidei facultatem bene operandi, illam inclinationem nouae obedientiae pars est, & ad sanctificationem ubitate pertinet, tempore posteriore iustificatione autem Dnus Autor hisce Formulae Concordiae & met ipso probatis contradicit pag. 165, 166, etiam in nento quandam operationem *Spiritus S. sanctificantem*

affert Lutheri dictum: *Fides nisi sola sit, sine ulla que iustificat. Opera autem sequuntur iustificationem non sit otiosa.* Male igitur Dnus Sibeth p. 155. do- t in actu & momento iustificationis non sit *exorsa exorsa* ibus, sine habens actualiter iam existentia bona opera, etiam in actu & momento iustificationis dicatur *exorsa* dudānes & in radice. Si enim fides in iustificatio- peribus, in hoc articulo etiam est sine operibus in bast. Schmidius autem loquitur de fide post iustifica- e: tunc enim *semper habet bona opera, si non in fru- n & effectu interno.*

approbantur verba Calouii: *Fides bifariam con- sentio primo, ut in articulo iustificationis spectatur, ac- Et in momento secundo, ut in articulo sanctificationis us Dei, & mater aliarum virtutum, foeta bonis ope- quia iustificamur, antea iam actum erat.* Igitur non o, sed & ipsa facultas bene operandi, quam in san- iustificatione est posterior.

iterum adducitur Formula Concordiae, docens: *iustificata, tum etiam per Spiritum S. renouatur & o renovatione & sanctificatione deinceps fructus, hoc cur, p. 692.* Habemus ergo ordinem. *Justificatio* renovationem antecedit: tum demum opera bona pro- modo bona opera ipsa posteriora sunt iustificatione, iendi.